

Sunt communicata, usque ad datam prædictę concessionis Augustiniensium, sed non dein posterum concessis & concedendis, quia de illis non est facta mentio.

18. ¶ Sed amplior multo & extensior est alia Iulij. 2. concessio per quam non solum gaudēt priuilegijs alijs Ordinibus concessis, sed etiā in posterum cōcedēdis. Decreuit ergo prædictus Pontifex communicationem priuilegio-
rum aliorum Ordinum Mendicantium fac-
tantī Fratribus Augustiniensibus ad ea etiam
extendi, quæ Viue vocis Oraculo ab eis im-
petrata, aut in genere donata sunt. Et voluit,
ut quicquid alicui eorundem hoc modo, aut
quouis alio concessum est hactenus, aut in po-
terum concedetur, siue Conuentualibus, siue
obseruantibus nuncupatis, id nomine proprio
Motu, & ex certa sciētia eisdem Augustinien-
sibus sit concessum. Ex Com. nu. 25. Et in Cō.
Archiepiscopi num. 20.

9. ¶ Et idem Iulius. 2. confirmauit communī
cationem Priuilegorum, quam Sixtus. 4.
fecerat inter Fratres Augustinienses, & alios
Mēdicantes. Et insuper decreuit ac voluit, ut
quicquid usq; tunc Ordini Minorū, aut Præ-
dicatorū, aut Carmelitarum, aut Seruorum
Beatæ